



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

VIdaricum ab Helffenstain ad co[n]uerionem præparat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Vldaricam ab
 Helfenstein ad
 consuersionem
 preparat.

us in Sueuiam excurrit. Vldaricus Comes ab Hel-
 fenstein acciuerat, qui longo iam tempore secta-
 tus Lutherum, multasque demùm, illucescenti
 Deo, Ministrorum pestilentis eius doctrinæ frau-
 des asscutus, quid solidi esset in religione prisa-
 atque Romana explorare interius; & liquidius
 auebat cognoscere. Diligenter Canisius ea insti-
 tutione suscepta, quam firma, quam cohærentia
 quam perpetua serie ab Apostolicis deduceta tem-
 poribus ad hæc tempora essent dogmata Aposto-
 licæ sedis, quam cum Occumenicis Conciliis, cu-
 sanctorum Patrum sententiis, cum totius Chri-
 stiani orbis consensu conuenientia, & alia id go-
 nus: quamque in Hæreticorum sectis contrari-
 essent omnia sub aspectum posuit. Dedicqu-
 bonæ fementi incrementum eiusmodi sator bo-
 norum omnium, atque perfector Deus, vt latil-
 sima inde fruges ingenti Catholicorum gaudio
 & aduersariorum dolore in sequenti anno matu-
 ruerit: seque palam Vldaricus orthodoxæ Ec-
 clesiæ reddiderit, impense cura suscepta, vt & po-
 pulares suos, quos fraudulentis sex ante Ministri in
 partem tenebrarum Principis rapiebant, in par-
 tem fortis sanctorum, & ad lumen diuinum secu-
 redu-

15125

reduceret. Neque id vnum ex excursione ea Catholicus concionator (hoc enim iam vulgus Canisio fecerat nomen) mox fruendum pretium resultit, sed lucrum etiam præsens. Tenebantur in vinculis sagæ duæ teterima facinora, complura-
que per annos multos beneficiis perpetrata à se homicidia fassæ. Magnos in diabolicis artibus progressus habuerant, abiurata ante omnia Christi fide. Sed maiortanta impietate Dei pie-
tas fuit: quæ miseris ante quam supremum supplicium luerent, cùm inter Lutheranos sub Lu-
therano Principe tenerentur, & quidem Hære-
tici eas sacrificuli tanquam funestam pestem,
& abiecta cadauera superbo fastidio abomi-
narentur, opportunum misit adiutorium, fa-
miliare sibi adhæc organum, famulum suum Ca-
nisium. Ergò reconciliatæ cum Ecclesia, expia-
tæque sunt, & optima spe ad supplicium præmu-
nitæ. Aliquot præterea Comites feminas, & Co-
mitem vnum aliosque iam Catholicos tempore
eodem Canisius & à peccatis absoluit, & monitis
præclaris instruxit. In Franconiam inde cum re-
uerso ex Austria Natali tetendit. Ibi quoque di-
uini verbi sementē & in arce, & in Ecclesia prin-
cipal

*Conversit ma-
leficas duas.*

*In Francon-
iam abiit.*